



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)  
(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

### **O3: European Latin Language Certification – Advanced Level - Methodological and Pedagogical tools, Multimedia, Practical Tools Test**

(German Version: 29.09.2022)

**Project Coordinator:**

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

**Project Partners:**

University of Köln (Germany)

*Catholic University of the Sacred Heart* – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

**Test sample B2 – Sall. Cat. 20, 1-10 (mit Auslassungen)**

**Erster Teil: Textverständnis und Sprachkompetenz**

**90 Minuten Bearbeitungszeit**

Der erste Teil gilt als bestanden, wenn mindestens 75 % der Gesamtpunktzahl erreicht worden sind (30/40 Punkte). Davon müssen mindestens jeweils zwei Punkte in den Aufgaben 5 und 6 erreicht worden sein.

**De oratione Catilinae**

*In libro de coniuratione Catilinae scripto Sallustius narrat Catilinam cum nonnullis nobiles Romanis rebus novis studuisse et perniciem rei publicae Romanae molitum esse. Iterum atque iterum consulibus insidias parabant; viri etiam urbem incendere in animo habebant. Catilina, cum socios in locum secretum coegisset, hanc orationem apud coniuratos habuisse dicitur:*

5	Ni virtus fidesque vostra spectata mihi foret, nequiquam opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent, neque ego per ignaviam aut vana ingenia incerta pro certis captarem. Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortis fidosque mihi, eo animus ausus est maximum atque pulcherrimum facinus incipere, simul
10	quia vobis eadem quae mihi bona malaque esse intellexi. ceterum mihi in dies magis animus adconditur, quom considero, quae condicio vitae futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem. nam postquam res publica in paucorum potentium ius atque dicionem concessit, semper illis reges, tetrarchae vectigales esse, populi, nationes stipendia pendere; ceteri omnes, strenui boni, nobiles atque ignobiles, volgus fuimus sine gratia, sine auctoritate, iis
15	obnoxii, quibus, si res publica valeret, formidini essemus. itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos sunt aut ubi illi volunt; nobis reliquere pericula, repulsas, iudicia, egestatem. quae quo usque tandem patiemini, o fortissimi viri? nonne emori per virtutem praestat quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere? verum enim vero, pro deum atque hominum fidem, victoria in manu nobis est, viget aetas, animus valet; contra illis annis atque divitiis omnia consenuerunt. tantummodo incepto opus est, cetera res expedit.

Glossarium

summarium	coniuratio, ionis f.	is, qui coniurationi interest, contra rem publicam sentit et rebus novis studet.
	perniciem rei publicae Romanae moliri	rem publicam Romanam perdere conari
	coniurati, orum m.	ei, qui coniurationi intersunt.
Z. 1	foret	~ esset
	nequiquam	~ frustra
	opportunus, a, um	hic: ~ secundus, a, um
Z. 2	dominatio, ionis f.	~ imperium, i n.
	ignavia, ae f.	is, qui fortis non est, ignavus est.
Z. 3	fortis	= fortes
Z. 4	eo	~ ideo
Z. 6f.	se in libertatem vindicare	~ libertatem recipere
Z. 7	dicio, ionis f.	~ potentia
Z. 8	tetrarches, ae m.	~ princeps
	vectigales esse	is, qui senatui populoque Romano pecuniam dare debet, vectigal eius est.
	stipendia pendere	~ tributa pendere
Z. 9	strenuus, a, um	~ validus, a, um
	ignobilis	homo humili loco natus
Z. 10	obnoxius, a, um	is, qui obnoxius est, alicui paret et voluntati eius obsequitur.
Z. 11	repulsa, ae f.	is, qui magistratum consulis petivit, sed consul factus non est, repulsam tulit.
Z. 12	egestas, tatis f.	~ paupertas
	emori	mori
Z. 13	ludibrio esse	is, qui ludibrio est, ridetur.
Z. 14	dedecus, oris n.	≠ decus, oris n.
	deum	deorum
Z. 15	vigere	valere
	consenescere, consenesco, consenui	is, qui senex fit, consenescit.
	tantummodo	tantum; modo

- 1) Ordnen Sie den einzelnen Textabschnitten die thematisch passenden Überschriften zu, indem Sie die Buchstaben in die entsprechenden Lücken eintragen. Beachten Sie: Zu einem Abschnitt lassen sich zwei Überschriften zuordnen. (4 Punkte)

a) De insidiis consulum et de consiliis coniuratorum	b) De statu rei publicae et de vita coniuratorum
c) Cur Catilina coniurationem bene eventuram esse putet	d) Quis rem publicam a pernicie servaturus sit
e) Cur res publica Cicerone consule valuerit	f) De divitiis et de auctoritate potentium
g) De potentia regum et tetrarcharum	h) De coniuratorum ingenio a Catilina cognito

- 1) Zeilen 1–5a: \_\_\_\_\_
- 2) Zeilen 5b–12a: \_\_\_\_\_ und \_\_\_\_\_
- 3) Zeilen 12b–16: \_\_\_\_\_

- 2) Kreuzen Sie an, ob diese Aussagen wahr oder falsch sind oder nicht beantwortet werden können. (8 Punkte)

		verum	falsum	non liquet
a)	Catilina vir summae virtutis et fidei est.			
b)	Catilina timet, ne coniurati incerta pro certis captent.			
c)	Catilinae persuasum est coniuratos fortes et fidos esse.			
d)	Catilina dicit se et socios eadem bona aut mala putare.			
e)	Catilina sociis imperat, ut libertatem reciperent.			
f)	Catilina rem publicam Romanam valere censet.			
g)	Catilina sociis suadet, ut consulibus insidias parent.			
h)	Catilina cum virtute mori quam in paupertate vivere mavult.			

**3) Kreuzen Sie die richtige Antwort an. (6 Punkte)**

1. *Cur Catilina rem bene eventuram esse putat?*

- a) Quia multos homines, qui arma ferre possunt, coegit.
- b) Quia socios fortes fidosque esse cognovit.
- c) Quia coniurati amplissimam pecuniam possident.
- d) Quia Catilina vir summae virtutis est.

2. *Cur animus Catilinae accenditur?*

- a) Quia Catilina amore patriae incensus est.
- b) Quia Catilina sociis odio est.
- c) Quia Catilina de vita futura coniuratorum cogitat.
- d) Quia socii Catilinae fidem praestant.

3. *Quomodo Catilinae sententia homines potentes vitam agunt?*

- a) Potentes vulgus respiciunt.
- b) Potentes vectigales sunt et stipendia pendunt.
- c) Potentes rei publicae prosunt.
- d) Potentes rem publicam regunt.

4. *Quomodo Catilinae sententia ceteri Romani vitam agunt?*

- a) Ceteri Romani sine auctoritate in paupertate vivunt.
- b) Reges et tetrarchae ceteris Romanis stipendia pendunt.
- c) Ceteri Romani ad honores ascendere possunt.
- d) ceteri Romani contenti sunt, quia homines potentes rem publicam bene regunt.

5. *Quid sententia Catilinae fieret, si res publica valeret?*

- a) Potentes ceteris Romanis usui essent.
- b) Potentes ceteris Romanis terrori essent.
- c) Ceteri Romani potentibus terrori essent.
- d) Ceteri Romani potentibus usui essent.

6. *Quid sociis nunc faciendum est?*

- a) Socii pugnae finem faciant.
- b) Socii rem gerere incipiant.
- c) Socii consilium convocent.
- d) Socii animum demittant.

**4) Kreuzen Sie die korrekte Antwort an. (8 Punkte)**

***spectata*** in Z. 1 entspricht ...

- a) exspectata
- b) cognita
- c) respecta
- d) relata

***opportuna res cecidisset*** in Z. 1 entspricht gedanklich ...

- a) occasionem praetermittere
- b) occasione uti
- c) occasio datur
- d) facultatem arripere

***incerta pro certis captare*** in Z. 3 entspricht ...

- a) magno in periculo versari
- b) res certas pluris aestimare quam res incertas
- c) res incertas pluris aestimare quam res certas
- d) dubitare

**facinus** ist in Z. 4 gleichbedeutend mit ...

- a) scelus
- b) sceleratus
- c) negotium
- d) res gestas

**res publica in paucorum potentium ius atque dicionem concessit** in Z. 7 entspricht ...

- a) pauci potentes rem publicam regunt
- b) pauci potentes ab iudicibus Romanis damnantur
- c) pauci potentes in re publica versantur
- d) res publica paucis potentibus praesidio est

**viget aetas** in Z. 15 bedeutet ...

- a) saeculum Catilinae valet
- b) iuvenes validi sumus
- c) senes sumus
- d) saeculum Catilinae non valet

**incepto opus est** in Z. 16 entspricht ...

- a) incipiendum est
- b) incipiendum non est
- c) incipere possumus
- d) incipere volumus

**cetera res expedit** in Z. 16 bedeutet ...

- a) cetera magna erunt
- b) de rebus ceteris tacendum erit
- c) cetera usui erunt

- d) *cetera sua sponte evenient*

**5) Bestimmen Sie die folgenden grammatischen und stilistischen Phänomene aus dem Text. (8 Punkte)**

***ni*** in Z. 1 ist eine verkürzte Form von ...

- a) *nihil*  
 b) *nix*  
 c) *nimis*  
 d) *nisi*

***mihi*** in Z. 1 ist ...

- a) ein *dativus commodi*  
 b) ein *dativus auctoris*  
 c) ein *dativus finalis*  
 d) ein *ablativus instrumenti*

Bei ***maximum*** in Z. 4 handelt es sich um ...

- a) einen Archaismus  
 b) eine Synekdoche  
 c) eine Hypallage  
 d) eine Parenthese

In klassischem Latein entspricht ***quom*** in Z. 6 ...

- a) *cur*  
 b) *cui*  
 c) *cum*  
 d) *quem*

***pendere*** in Z. 8 ...

- a) leitet einen *accusativus cum infinitivo* ein  
 b) ist ein historischer Infinitiv  
 c) leitet einen *nominativus cum infinitivo* ein  
 d) ist Abl. Sg.

***quibus ... formidini essemus*** in Z. 10 ist ein ...

- a) doppelter Dativ  
 b) *participium coniunctum*  
 c) Gerundivum als Prädikatsnomen  
 d) relativer Satzanschluss

Bei ***pro deum atque hominum fidem*** in Z. 14 handelt es sich um ...

- a) eine Parenthese  
 b) eine Schwurformel  
 c) einen Adhortativ  
 d) einen Präpositionalausdruck

***viget aetas, animus valet*** in Z. 15 ist ...

- a) ein Chiasmus  
 b) ein Parallelismus  
 c) ein Hyperbaton  
 d) ein Hendiadyoin



**6) Formen Sie die Sätze um. (6 Punkte)**

1. Zeilen 3–4: *Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortis fidosque mihi, eo animus ausus est ...*

--> *Catilina dicit animum \_\_\_\_\_, quia ipse eos multis et magnis tempestatibus fortis fidosque \_\_\_\_\_.*

2. Zeile 10: *si res publica valeret, <eis> formidini essemus*

→ *Catilina censet coniuratos eis formidini \_\_\_\_\_, si res publica \_\_\_\_\_.*

3. Zeile 16: *cetera res expedit.*

→ *Catilina contendit \_\_\_\_\_.*

**Test sample B2 – Sall. Cat. 20, 1-10 (m. Auslassungen)**

**Zweiter Teil: Übersetzung des Textes**

**60 Minuten Bearbeitungszeit**

**Übersetzen Sie den kursivgedruckten Teil in angemessenes Deutsch!**

**De oratione Catilinae**

*In libro de coniuratione Catilinae scripto Sallustius narrat Catilinam cum nonnullis nobiles Romanis rebus novis studuisse et perniciem rei publicae Romanae molitum esse. Iterum atque iterum consulibus insidias parabant; viri etiam urbem incendere in animo habebant. Catilina, cum socios in locum secretum coegisset, hanc orationem apud coniuratos habuisse dicitur:*

5	<i>Ni virtus fidesque vostra spectata mihi foret, nequiquam opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent, neque ego per ignaviam aut vana ingenia incerta pro certis captarem. Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortis fidosque mihi, eo animus ausus est maximum atque pulcherrimum facinus incipere, simul</i>
10	<i>quia vobis eadem quae mihi bona malaque esse intellexi. ceterum mihi in dies magis animus adscenditur, quomodo considero, quae condicio vitae futura sit, nisi nosmet ipsi vindicamus in libertatem. nam postquam res publica in paucorum potentium ius atque ditionem concessit, semper illis reges, tetrarchae vectigales esse, populi, nationes stipendia pendere; ceteri omnes, strenui boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus sine gratia, sine auctoritate, iis</i>
15	<i>obnoxii, quibus, si res publica valeret, formidini essemus. itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiae apud illos sunt aut ubi illi volunt; nobis reliquere pericula, repulsas, iudicia, egestatem. quae quo usque tandem patiemini, o fortissimi viri? nonne emori per virtutem praestat quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere? verum enim vero, pro deum atque hominum fidem, victoria in manu nobis est, viget aetas, animus valet; contra illis annis atque divitiis omnia consenuerunt. tantummodo incepto opus est, cetera res expediet.</i>

## Glossarium

summarium	coniuratio, ionis f.	is, qui coniurationi interest, contra rem publicam sentit et rebus novis studet.
	perniciem rei publicae Romanae moliri	rem publicam Romanam perdere conari
	coniurati, orum m.	ei, qui coniurationi intersunt.
Z. 1	foret	~ esset
	nequiquam	~ frustra
	opportunus, a, um	hic: ~ secundus, a, um
Z. 2	dominatio, ionis f.	~ imperium, i n.
	ignavia, ae f.	is, qui fortis non est, ignavus est.
Z. 3	fortis	= fortes
Z. 4	eo	~ ideo
Z. 6f.	se in libertatem vindicare	~ libertatem recipere
Z. 7	dicio, ionis f.	~ potentia
Z. 8	tetrarches, ae m.	~ princeps
	vectigales esse	is, qui senatui populoque Romano pecuniam dare debet, vectigal eius est.
	stipendia pendere	~ tributa pendere
Z. 9	strenuus, a, um	~ validus, a, um
	ignobilis	homo humili loco natus
Z. 10	obnoxius, a, um	is, qui obnoxius est, alicui paret et voluntati eius obsequitur.
Z. 11	repulsa, ae f.	is, qui magistratum consulis petivit, sed consul factus non est, repulsam tulit.
Z. 12	egestas, tatis f.	~ paupertas
	emori	mori
Z. 13	ludibrio esse	is, qui ludibrio est, ridetur.
Z. 14	dedecus, oris n.	≠ decus, oris n.
	deum	deorum
Z. 15	vigere	valere
	consenescere, consenesco, consenui	is, qui senex fit, consenescit.
Z. 16	tantummodo	tantum; modo